

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection](#)[Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item](#)[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[42\] : De Chirone](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [42] : De Chirone

Auteur(s) : Conti, Natale

prionis ac generationis elementorum principia: nunc videtur dicendum de iis que pertinent ad conseruandas formas singulorum animalium, & compositorum corporum. Est autem omnium horum Sol artifex, quem à splendore Phœbū nominarunt: nam propter obliquum eius cursum sub signifero circulo omnes & plantę & animalia modò eius recessu fructum producant, modò recessu vires resurgunt. Fuit idem medicę artis petrus, & salubritatis ac pestilentię artifex creditus, quoniam vis Solis medicinę confert, cum nimius eius calor sit pestifer omnibus animantibus. Est enim omnis animantium salus in symmetria caloris cõstituta: quare generationis & corruptionis artifex Sol est appellandus, vt senserunt antiqui.

De Æsculapio.

Æsculapium idcirco sruerunt antiqui Phœbi & Coronidis, quam aeris temperamentum esse dicebamus, filium, quia nisi Solis calor aera purget ac rariorem faciat modicè, & nisi humoris vis quædam in ipso aere relinquatur, nulla esse potest salubritas. Fuit igitur Æsculapius aer bene affectus, cuius filia fuit Sanitas aut bona Valetudo. Est enim aeris temperies non homini solùm, sed etiam cunctis cæteris animalibus, & plantis salubris: quare iure & Solis filium Æsculapium, & salubrem vim de Sole animis corporibusque subuenientē dixerunt. Sed quia vis Solis allidue commisceat oportet ipsum aera, matrem illi Deo missionem tribuerunt. Per hæc igitur non solùm autorem generationis & corruptionis Solem significabant antiqui, sed etiam salubritatis: cum mediocritas conseruet, at quod nimium est vel minimū interimat: omnis enim vita animantium & sanitas est in mediocritate constituta.

De Chirone.

Atque cum in aeris optimè affecti natura, facultas sit constituta facillè conualecendi, accidit aliquando malè affecti corporis malignos humores in aliquam partem ipsius corporis debiliorem confluere: quod enim per totum corpus diffusum fuerat, à vi naturæ in vnum locum expellitur. ideo Chironem peritum chirurgiæ celebrant. Sic enim significabant phisicas actiones per has fabulas, quæ spectabant ad conseruanda singula composita corpora naturalia.

De Venere.

Deinde quoniam alia ex animalibus nascuntur è corruptione, alia